Intende in adiutorium meum, Domine
Deus ſalutis meæ.
Gloria Patri &c. Sicut erat &c.

Pſalm. 50.

Miſerere mei Deus: ſecundum magnã
miſericordiam tuam.
Et ſecundum multitudinem miſerationũ
tuarum: dele iniquitatem meam.
Amplius laua me ab iniquitate mea: et
à peccato meo munda me.
Quoniam iniquitatẽ meam ego cognoſco:
et peccatum meum contra me eſt ſẽper.
Tibi ſoli peccaui et malũ corã te feci: vt
iuſtificeris in ſermonibus tuis, et vincas
cum iudicaris.
Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum: et
in peccatis concepit me mater mea.
Ecce enim veritatem dilexiſti: incerta et
occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi.
Asperges me, Dñe, hyſſopo et mundabor:
lauabis me, et ſuper niuẽ dealbabor.
Auditui meo dabis gaudium et lætitiam:
et exultabunt oſſa humiliata.
Auerte faciem tuam à peccatis meis; et
omnes iniquitates meas dele.
Cor mundum crea in me, Deus, et ſpiritũ
rectum innoua in visceribus meis.
Ne proijcias me à facie tua: et ſpiritũ ſanc-
tum tuum ne auferas à me.
Redde mihi lætitiam ſalutaris tui: et ſpi-
ritu principali confirma me.
Docebo iniquos vias tuas, et impij ad
te conuertentur.
Libera me de ſanguinibus, Deus Deus,
ſalutis meæ et exultabit lingua mea

iuſtitiam tuam.
Domine, labia mea aperies: & os
meum annuntiabit laudem tuam.
Quoniam ſi voluiſſes ſacrificiũ, dediſ-
ſem vtique: holocauſtis non delectaberis.
Sacrificium Deo ſpiritus cõtribulatus: cor
contritũ, et humiliatum, Deꝰ non deſpicies.
Benignè fac Dñe in bona voluntate tua
Sion: vt ędificentur muri Hieruſalem.
Tunc acceptabis ſacrificium iuſtitiæ, obla-
tiones et holocauſta: tunc imponent ſuper
altare tuum vitulos.
Gloria Patri, &c. Sicut erat &c.

Pſalm. 101.

Domine, exaudi orationem meam et cla-
mor meus ad te veniat.
Non auertas faciem tuam a me: in quacũ-
que die tribulor, inclina ad me aurẽ tuam.
In quacunque die inuocauero te: veloci-
ter exaudi me.
Quia defecerũt ſicut fumus dies mei: et
oſſa mea ſicut cremium aruerunt.
Percuſſus ſum vt fœnum, et aruit cor me-
um: quia oblitus ſum comedere panem meum.
A voce gemitus mei: adhæſit os meum
carni meæ.
Similis factus ſum pellicano ſolitudinis: et
factus ſum ſicut nycticorax in domicilio.
Vigilaui, et factus ſum ſicut paſſer ſolitari-
us in tecto.
Tota die exprobrabant mihi inimici mei:
et qui laudabãt me aduerſum me iurabant.
Quia cinerem tanquã panem manducabã:
et potum meum cum fletu miſcebam.
A facie iræ indignationis tuæ quia eleuans
allisisti me.